



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Imperium intellectuale, imò nullum, Deo intrinsecum respectu
creaturarum esse potest.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN IV.

*Imperium intellectuale, immò nullum,
Deo intrinsecum respectu crea-
turarum esse potest.*

Quod autem intellectuale hoc imperium respectu creaturarum, ad easque directum esse non possit: de rationalibus, & liberis creaturis earumque liberis operationibus probavit iam pridem effaciter Aureolus vbi supra: quia imperium omne diuinum intellectuale essentia sua verum, & antecedens naturæ, & causalitate ad imperata extrinseca connexum est essentia sua, & ex parte antecedentis & sui prioris quodvis naturæ cum imperatis ad illarum absolutam existentiam determinans, necessitateque inducens: atqui necessitas, & determinatio ex parte causæ & prioris naturæ ad absolutam effectus existentiam fe tenens, huius libertatem euerit: ergo imperium intellectuale, & Dei providentia, quæ in eo flet, eoue complectur, prouti & imperati effectus euerit libertatem: atqui actiones libere creatæ prouti, atque in hac sententia imperio intellectuali providentiam vniuersim complecte, seu constituite, sunt etiam imperatæ; ergo earum libertas per providentiam aboletur. Hoc argumentum contra imperium intellectuale Thomisticum eoque sitam providentiam, quæ inrefragabile est, ac h. contra physicam prædeterminationem causæ creatæ libere formaretur, vel contra decretum Dei prædeterminatum causæ libere ad suas operationes: vt expendebamus t. r. de Deo vno controu. 3, d. r. multa scriptura, conciliorum, decretorum, sedis Apostolicæ, & S. Inquisitionis, Patrum, & scholasticorum eruditione, neque rationis pondere leui. Ratiſz vero, qui scientia media ex. xv. eff. respondet certam. 10. num. 3. iuxta suam, & communem Suaristam præfinitionem libere actionis regularum per scientiam median, imperium hoc suum, eoque constitutum providentiam Dei de creatis liberis actionibus non, nisi prohibita scientia media cuiusque directione, ac regulatione à Deo haberi: ac subinde vsum libertatis nostræ conditionatum, sue operatiſm nostræ conditionatam libertatem futuritionem supponere: idque fati esse, vt determinatio, & necessitas antecedens naturæ, & causalitate ipsarum absolutam existentiam, & futuritionem absolute libertati non officiant. Solutionem hanc confutauimus, & radicis consensuum controuersi. 4. de voluntate d. 6. question. 2. tota contra Suaristam præfinitiones: offendentes, præfinitionem antecedentem absolutam adus liberi, regulatam etiam per scientiam median ex præsuppositione futuritionis conditionatæ actus, & exercitiſ liberi nostræ voluntatis inimicitias cum absoluta actus præfinit libertate non deponere, neque hostilitatem exuere; sed solum non adco intimè illam insipientibus dissimulare: id quod in providentia est clarius: siquidem Dei providentia principium necessariū, & essentialiter requiritur creatæ omniſ actionis, & effectus est: quare nec status conditionatus potest illa illi, nisi fraudulenter præfingere: quouis enim gradu anteriori eam collocare velis, non potest non pro omni statū actionem antecedere atque pro illo eam libertati officere: quod præfinitio Suaristica (quæ necessarium, & essentialē actionis principium non est, sed solum supererogatoriè & supererogationis) non habet: quare & absolute ex præsuppositione in gradu vltio anteriori potest vire, & bene status conditionatus actionis libere constitui.

2. Secundo impugnatur providentia actionum liberarum imperio intellectuali ad ipsas constituta: etenim imperium actionum creaturarum liberarum a rationali creatura faciendum, ut respectu illius debito, & congruenti modo habeatur, ac feratur intimatione intel-

quali creaturae rationales opus esset, ut actionem imperatam a Deo eliceret: nec physica solum infirmum, quia physica determinatio, & necessitate indiget agentibus naturalibus congrua, & idonea est, respectu agentium rationalium congrua esse potest: sed imperium hoc intellectualem, quod per te, vel providentiam est vel illam vicino constituit de nulla actione libera creatura rationali creaturae intimatur intellectus determinatione congrua, & debita, sed solum physica, quae eius dignitatem dedecente; cum tamen de omni actione libera congruam & agenti libero convenienter providentiam habeat: ergo providentia actionum liberarum creaturam diuinam in eo intellectualem imperio non fiat. Confirmatur, quia actionum nostrarum differentium nullum imperium diuinum est & ab eo ipso non essent ex obiecto indifferentes: quoniam quidem ex imperio essent bonae, & earum omissiones peccata; Deique imperio aduersae, & tamen earum omnes sunt in Deo providentia: vergetur: qui ut fatetur adhaerentes, quos super intellectualem imperio impugnamus, prauarum etiam actionum est in Deo providentia, & tamen earum imperium in Deo esse nequit: siquidem earum est in Deo seria non perfectoria ac iniqua: solum tenus, prohibitio. Nec praefat. si dicas: esse prohibitionem moralem actionum prohibitorum; imperium vero de his physicum: cum vero physicum hoc imperium necessitatem, & determinationem inextricabilem inducat, ut physice agens liberum inflexibilitate operetur, omni circulator fallacior Deus cum actione moraliter prohiberet: omnique Tyranno immanior, & crudelior, dum prohibet ut panis, quod deperio imperio physico ab agente libero consilij, & merito refficitur impote extorquet. Tria haec, quae hic nunc posuimus Dei prouidentiam de liberis actionibus in nullo interno Dei imperio de extrinsecis facienda fieri posse, quare neque in intellectu imperio, habere uiter fidentem: ac proinde Dei voluntatem, quae creaturas rationales per media apta, & sufficientia, uel tenet congrua, de se tamen indifferenter, ut ab libentia seruandam oportet) ut bene operentur: atque eam consequantur salutem, prouidet, & disponit, de adiis quidem ipsis efficacem, ac si uelis imperium esse quale esse, & improprum, ut iam ostendimus: De adiis autem ipsis liberis, atque falsis atrox meritorius, nec imperium esse posse, nec voluntatem efficacem, ut tria haec, & nunc antecedente illustrata argumentum euincunt: solumque de eis imperium esse posse morale, quod nullam earum efficiendam necessitatem, & determinationem, adhuc moralem, licet agentibus absolutam afferat: sed solum condicendum, ut nimirum peccet liberum agens, si Dei imperio non obsequatur, impenas sibi a Deo actionis adiutorij, genti, & eiusdem imperio prohibitas exerceat.

3. Sed vniuersalibus ad nullam creaturam, etiam intellectualem imperium hoc intellectualem quod est proprium respectu illius imperium Dei ad alium est imperium, etsi cum etiam ad creaturas irracionales imperetur. De imperium proprium esse posset, quod hanc refellam; illi tamen non intellectus, & fecerat Deus nunc actus foret; sed actus voluntatis. Probatur primo ex illa Psalmi 110, *Magna opera Domini; et cuncta non voluntatis eius.* Quibus præcipua creaturam hanc inducitur, quod ad creatoris nunc, & imperium, qualequale, cum in essendo, non in operando obediens existit; idem enim valet exequita, aut potius, atqui exactio hæc obediencia creaturis cunctis potius respectu Dei, respectu voluntatis Dei, non autem respectu intellectus esse dicitur: ergo imperium, qualequale, Dei respectu creaturam, hoc ad creaturam obediencia directum non in iudicio, sed intellectualem, quod actu, sed in voluntate, sed actu voluntatis dicitur ad Psalmista recognoscitur. Patet, quia respectu eius actus imperium formaliter est; siue Dei imperium, cuius imperantis formaliter creaturis, earum esse debet obediencia Deo creatori. Probatur secundo, & proponitur ratio a Priori sententia Psalmistæ, & inuenitur in eo ratio dictis certam, 3. num. 6. & 7. etenim de ratione imperii vniuersum est afferre necessitatem, & determinacionem quam aut illud non habebat res imperata ad creaturam.

sum, seu operandum, vel utrumque, atque hanc assertum solus actus voluntatis diuine antecedens, ac præsupposita ad quemvis ex assignatis, & assignabilibus actibus imperij, quod dicitur, dicere potest, intellectus, vel creaturae sint vel operentur; non autem eam asserere creaturæ potest actus aliquis ex assignatis, vel assignabilibus intellectualibus: ut eo loco ostendebamus: ergo solus voluntatis, non verò intellectus, quale quale imperium Dei respectu creaturarum esse potest.

4. Confirmatur minor, quæ sola desiderare posset probationem: etenim iudicium illud enuntiativum de præsentis indicativi modi (qui solus in Deo est esseque potest, ut constat ex impossibilitate actus intellectus modi imperativi ostensa certam. 2. à num. 6. & certam. 3. num. 6. ante med.) voluntatis efficacia de creaturæ absoluta existentia, & effectione, eatenus solum necessitatem, & determinationem, ut creatura ita absolute sit, & fiat, ac operetur attingit, quatenus attingit voluntatem efficacem præsuppositam, quæ eius obiectum est, & in se formaliter eam necessitatem, & determinationem absolute ostendi, & efficiendi creaturis se ipsa assert, quia se ipsa formaliter determinatio, & necessitas antecedens ad ipsum est: ergo non aliam absolute ostendi, & efficiendi necessitatem, & determinationem creaturis assert iudicium illud, sed eam, quæ efficacia voluntatis est, seu à voluntate efficaci formaliter est, assert, atque enuntiat de præsentis; inde rursus: cum iudicium hoc voluntatis efficacia diuine speculativum sit, respectu necessitatis, determinationis creaturæ ut absolute sit, fiat, & operetur sola ac pura speculatio, nullatenus vero actiua determinatio & necessitas, ut absolute creatura sit, fiat, & operetur; immò, nec practica scientia, & imperium potest esse. Confirmatur ulterius: quia iudicium de absoluta existentia rei pro aliqua duratione, pro qua absolute est, vel fuit, vel erit, est iudicium de necessitate consequente existentie rei pro illa duratione, inclusa formaliter in ipsa rei existentia pro illa, quæ est ipsa formalis exclusio suæ absolute negationis pro illa duratione; & tamen necessitatis illius consequentis, nec iudicium practicum nec determinationem actiua necessitatem assert, sed purè speculativum iudicium est necessitatis illius, quam supponit: ergo, & iudicium, necessitatis, & determinationis antecedentis, ut res absolute sit &c. inclusa formaliter in voluntate efficaci Dei, quam ex parte sui obiecti supponit, purè speculativum erit, nulliusque necessitatis, ac determinationis, ut res absolute sit, ac fiat, actiua & practicum, nedum inductivum erit. Denique solutio, quæ huic argumento adhiberi ex nostris. Ruz doctrina posset, ex decencia Dei providentis, ne cæco modo, sed sciens, & providens de opere faciendo, ut faciendo absolute operetur Deus, adhuc imperio monastico Dei ad se ipsum, (cuius solum actiua operandi decencia referre posset) dissecta est certam. 1. à num. 8. Ad imperium verò, quasi civile politicum, & physicum, & ad alium, nempe creaturas, earum, ut sint, & fiant passivè providentia propria ipsarum non est, nec vimbram adhuc veritatis ea solutio habet: earum quippe nihili refert indecentia providentia, & prouisoris; dummodo nihil eis inde de sua absoluta existentia, & perfectione immutetur.

5. Vltimum caput impugnandi hoc intellectualem imperium Dei respectu creaturarum est imperij proprii interni cuiusvis diuini, ac pure physici ad creaturas, quæ creaturæ sunt, impossibilitas. Dixi purè physici atque ad creaturas, quia creaturæ sunt, ut rationales etiam complectar, respectu quorum, quia rationales sunt intellectualem hoc imperium (immò neque vltim aliud Deo internum) imperium proprium esse non posse ostendi num. 1. & 2. ex capite multiplici. Probatur physicum imperium internum, quod proprium Dei esse volunt, ad creaturas, seu respectu creaturarum, quia talium, stat in determinatione, & necessitate physica ipsis extrinseca, Deoque & actui intellectus (& idem est si in actu voluntatis efficacia constitueretur) diuini intrinseca, & identificata, ut creaturæ absolute fiant, sint, ac operentur: atque hæc physica necessitas, & determinatio Deo intrinseca extrinseca creaturis, ut absolute fiant,

sint, ac operentur, proprium imperium non est: ergo nullus actus internus Dei, siue scientie, siue voluntatis eam asserens necessitatem creaturis, est proprium imperium ad ipsas. Minor probatur primo: quia imperij proprii terminus essentialiter correlatus, & respondens ex parte eius, ad quem fertur, & respectu cuius imperium proprium, seu præceptum dicitur, est obedientia propria: atqui in creaturis, quia talibus, atque ex physica illa necessitate, & determinatione Deo intrinseca, tamen extrinseca existentibus, & operantibus, obedientia propria non est: ergo neque illa Deo intrinseca, & creaturis extrinseca ac physica determinatione ad eiusmodi actus, & executiones correlatas est proprium imperium. Maior ex terminis ipsis per se nota mihi, & omnibus communiter est: sicut & minor. Sed Ruz noster sect. 1. 1. num. 9. minorem admittit: tamen obedientiam ampliari posse, non renuat, ut comprehendat, quamvis effectus, absque vlla resistentia, allocationem, verum ampliatio significati vocem à proprio significato ad aliud, quod ipsius proprium non sit, significandum extrahi ac deduci conuincit: idcirco negat absolute maiorem: atque obedientiam propriam, non quidem imperio proprio vniuersum, siue omni imperij proprii speciei terminum essentialiter correlatum, & respondentem esse: sed morali tantum, & politico, seu civili imperio non autem physico, quod in actu Dei interno ad creaturas, siue respectu creaturarum admittit. Ego verò æqua ampliatione, & metaphora imperij vocem ad imperium physicum seu physicam determinationem ab alio extrinseco inductam significandum extendi video, atque obedientia vocem ad significandam irresistibilem ex ea physica necessitate, & determinatione executionem: ac subinde per se omnibus notum reor eo solum genere, & modo quo possibilibus obedientia subditi est, esse imperium possibile, atque eo etiam genere, & modo hoc impossibile esse, quo est obedientia impossibilis. Cum autem obedientia huic imperio physico, purè tali, ad creaturas homines, quia tales præcise directo metaphorice solum, Ruz ipso fatente sit; nec propria obedientia esse possit ex parte subditarum creaturarum executionum, imperium purè physicum Dei ad ipsas metaphoricum solum esse potest.

6. Sed, quamvis per se notum sit, probatio est difficillima: quia nihil eis asserti potest, vel clarius, vel antè; ad hominem tamen, & ab absurdis probari aliquando, & hic in primis possunt: qui enim per se nota negat, nequit consequenter, & absque absurdis philosophari. Contra igitur ad hominem primò: quia Ruz ipse num. 14. legis nomen ad creaturas irrationales lata (idemque est de rationalibus, non quia rationalibus, nec rationali modo lata ad ipsas) metaphorice accipiendum fatetur respectu earum creaturarum: quare & ita eam vocem accipi Proverb. 14. legem ponebat aquis, ne transirent fines suos, & Job. 38. vique huc venies, & non procedes amplius, &c. Quibus libris frequens figuratarum locutionum usus est: atqui ea voce legis aperitur Dei voluntas efficax, ac iudicium eius enuntiativum de præsentis, ne mare ea præfixos terminos transiliat; ergo non est metaphoricum imperij locutio, & significatio, si in illis proprium imperium est. Nec valet legis nomen propriè de imperio, seu præcepto pro tota Republica lato, non autem ad particulare eius membrum, seu partem directo esse, ac proinde in eo metaphoricam acceptionem eius vocis fuisse. Primo enim lex adiuncto, & signato particulari ad quem fertur proprietate sermonis lex particularis dicitur, atque idem, quod imperium, siue præceptum significat: eis verò locis designatur: ergo sermonis proprietate legem particularem seu imperium significat: ex eo quippe adiuncto ad propriè significandam legem particularem determinatur, quæ non designata materia, seu termino, vel subdito particulari & determinato ad omnes lata proprietate sermonis significaretur. Contra secundo: quia nequit esse imperium proprium absolute ubi subditi non sunt. Sed voluntas efficax de faciendis ad extra, & intellectualis cognitio, siue imperatiui modi siue indicatiui eius voluntatis enuntiativa de præsentis rebusque creatis determinationem, & necessitatem physicam asserens, ut sint, est imperium absolute ubi subditi non sunt siue

7. Hinc patet solutio ad plura scripturæ loca, quæ pro intellectuali hoc imperio affert solent ex Gen. 1. *Dixitque Deus fiat lux* &c. Plalm. 32. & 143. *ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit: & creata sunt:* & perleque in Evangelio similia Matth. 8. *Die verbo, & sanabitur puer meus.* Ceterum aliebat, cuius veritatem, & fidem, admiratione etiam, Dominus probavit; qui & leproso ibidem ait: *uolo mundare*; & cap. 9. & Marc. 2. ad Luca 9. *surge tolle lectulum tuum & vade in domum:* item Matth. 14. *ube me venire ad te super aquas.* Ad adolescentem viduum filium defunctum. *Adolescens tibi dico: surge, &c.* & ad Lazarum. *Lazarus veni foras,* & alia sexcenta vbiuis scripturatum, quæ Patres Imperij, præcepti, & iustionis nomine intelligunt & interpretantur: cum tamen dicte actus intellectus fit, non voluntatis: vt de diuina mentis verbo Plalm. 32. dicatur. *Verbo domini celi firmati sunt:* & ad Hebr. 1. *Aperta esse sæcula verbo Dei.* Nequit autem frequens, & vbiq; constans, scripturæ locutio metaphoricè explicari, inquit Iur. fcd. 11. num. 10. nisi rationi efficaci, & ad metaphoricam interpretationem cogenti propria locutio aduerferet. Cæterum, cum ferè omnia loca dictionem Dei per imperatum modum fuit, si de interno intellectuali imperio Dei intelligatur Thomistarum Recentiorum imperium contra Iur., non modò indicatui assertum, & enuntiatum de præfatu quod Iur. vult, cuiusq; quod si iuxta hoc ob rationes, quas ipse fte attingit propriè ea loca interpretari posset negat ob plures multoque firmiores alia contra verumque intellectuales imperij diuini modum à nobis addactas penitusque, & altius fundatas ac perpenas metaphoricæ ac non proprio imperij sensu explicari merito patitur: illa ergo omnia de imperio proprio interno Dei, siue intellectus, siue voluntatis diuinæ (quod definire scripturæ, & Spiritus Sancti intuitu de dogmatica nec solum opinabili, veritate tradenda fuit reterebare nihil) nusquam esse intelligenda respondeo: sed ita efficaciam potentie, & voluntatis diuinæ, atque physicam creaturatum imperium ab illis in essendo, & operando nobis, & pro nostro subinde captu externi imperij superioris ad subditos, eis imperarij vocibus explicari, quibus ad illos superioris determinata voluntas de hoc vel illo determinate faciendo intinatur: vt creaturatum imperium physica, & necessaria potentie, & voluntati diuinæ subordinatione, & subiectio, moralis subordinationis, & subiectionis, subditorum voluntati superioris aptissimo, & apollissimo exemplo explicaretur: illa vero loca ex Plalm. 148. & ex Plalm. 32. explicumis controuerfia de Trinitate d. 12. quæst. 1. certam. 1. Catholico fensu ipsum, & iustionem ad verbum non continere; sep Iolum origini Prioritatem Patris respectu filij ex Patrum sensu, etiam eorum, qui eis vocibus largè quandoque vtiuntur. Ad creaturas autem verbum ipsum proprium imperium. Athanas. ostendit contra idola esse non probat ad verba Plalm. 148. vbi nec ad verbum, (vt aduersarij contendunt) sed solum ait: ad imperij haberi à Patre fsermationem scientie fide origine præhabite communicatione: quo vero pacto verbo per se requisto Deus omnia faciat dixi ibi quædam. 1.

8. Denique providentiam ad actum intellectus m-

[illegible]

agendum rationem esse dicat: laxè, ut diximus, præceptum accipit; quem ad medium regulæ facultatis cuius præcepta dicuntur, & qui eam docent, præceptores. Quod autem rationem, & in intellectu existentem esse asserat, aduersariis non fuit: cum solum post intentionem finis esse, & asserat, & probet immo, nec nobis aduersatur: vi etiam probanda nobis sententia clarebit.

CERTAMEN V.

Diuina prouidentia, & scientia dirigente voluntatem ad mediorum electionem & electione ipsa aequè, & directè constituitur.

I. Impetio intellectuali propriis à Dei prouidentia, immo, & interno omni pure physico à Deo profus excludo, & relegato proximis certaminibus. 3. & 4. quicquid questionis restat de nomine, & puris vocibus est, ut bene iudicantur Vasquez 1. p. quæstion. 87. cap. 3. sine Sos. 1. de essentia prædestinationis cap. 17. num. 13. Herite Ioann. Præpositus Attriaga, & communiter Recentes: quos immerito reprehendit Ruiz d. 3. sect. 1. num. 8. quia præter examen illud de iis, quæ prouidentia dicat in recto, vel in obliquo, an scilicet scientiam in recto, & voluntatem in obliquo: an hanc in recto, & in obliquo scientiam: an in recto utramque? (quas de puris vocibus quæstiones esse fatetur) magna de re quæstio sit: an præter scientiam dirigentem mediorum propositione, & imperium intellectualem ad prouidentiam saltem complendam requiritur? Ego vero nescio, an extremum defendere non magna solum, sed maxima res sit, ac difficillima: in ea verò quæstione, quam ipse cum reliquis de puro nomine esse merito fatetur ea pars seligenda est, quæ pro priori vocum acceptione rem ipsam veritatis videtur attingere.

1. Dicendum igitur nobis est: Prouidentiam omnem, quare, & diuinam propriè, & ex parte rei obiectæ duos illos actus, & scientiæ mediæ proponentiæ & saltem aptæ ad præsentium approbantis, atque ad eorum electionem dirigentis, ac insuper electionem ipsam, nihilque aliud ipsam directè, & ex æquo prouidentiam essentialiter constituere. Ita Doctores omnes citati certam. 1. num. 11. pro sententia 3. Probatur primo ex Paulo ad Romanos 8. quos præsciuit, & prædestinavit: ergo, prædestinatio aliquid ad præscientiam, seu actum intellectus addit: quod quidem nil aliud, quam voluntatis actus, qui destinatione propriè significatur, esse potest: utique præscientia de mediis directis: ergo, & prouidentia, cuius species prædestinationis est, atque ab aliis prouidentia speciebus non forma, sed materia distinguitur. Confirmatur ex Augustino de dono perseuerantiæ cap. 18. ubi illud ad Rom. 11. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. Ita interpretatur: Quod, ait, præsciuit non rectè intelligitur, nisi prædestinavit: quia, etsi præscientia pars prædestinationis sit: alii, nisi actus voluntatis prædestinationis voce expressus accedat, prædestinatio absolutè, & adequatè non est. Confirmatur vltius, & expressus ex eodem Augustino ibi ca. 14. ita prædestinationem ex initio desinente. Præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur: quoniamque liberantur: ubi utrumque, & præscientiam mediorum gratiæ, & eorum præparationem in sua voluntate, & ipsorum electione ad essentiam prædestinationis explicandam in recto, & ex æquo aduocauit. Confirmatur 3. ex eodem Augustino de prædestinatione sanctorum cap. 10. ubi sua huic doctrinæ consonus, & insistent scribit. Prædestinatio sine præscientia esse non potest: potest autem sine prædestinatione esse præscientia: quia pars, sine toto esse potest: totum autem sine parte esse nequit, & cap. 17. de dono perse-

uerantiæ, in sua quæ falli, mutarique non potest præscientia opera sua disponere: id omnino neque aliud quicquam est prædestinare. Ecce dispositionem, quæ voluntatis est non nisi in sua, siue cum sua præscientia, prædestinationem esse docet.

3. Augustinianæ doctrinæ addiditissimus Fulgentius, & hanc sententiam ex ipso videtur ebibisse 1. ad Monimum. cap. 7. fatens. Prædestinationis nomine, &c. miseris, & iusta futuræ operis diuini ambigua dispositio prædicatur. Dispositio autem, etsi voluntatis sit, siue disponendam scientia non est, & rursus. Prædestinatio est preparatio operum eius: quæ utrumque sane actum importat: verumque vero videtur definitionem ex Boëtio didicisse 4. de consolat. profa 6. Sic prouidentiam vniuersim desinente. Diuina ratio in summo omnium principio constituta, quæ cuncta disponit. Nyssenus 8. Philosoph. cap. 2. seu potius Nemefius de animæ facultatibus cap. 43. Rerum procuratio à Deo suscepta: & rursus, voluntas Dei per quam omnia quæ sunt, aptè gubernantur: atque iterum prouidentia est procuratio Dei circa ea quæ facta sunt. Damaſcenus 2. de fide cap. 29. Quæ ex Deo est in ea quæ sunt cura: item voluntas Dei per quam omnia quæ sunt convenientem habent gubernationem. Hugo victorin. apud Alenf. 1. p. quæst. 46. m. 2. Prouidentia est cura rerum. Cura autem, & procuratio rerum, haud dubio, non solum scientiam, ut clientis commoda cognoscat Procurator, & penetret, sed, & voluntatem eam applicandi, & disponendi pro bono ipsius includit; neque alicui prospicere (quod idem est ac providere) is dicitur, qui ei profutura solummodo nouit, sed qui ea apponere vult, ac disponit: inde quasi per causam prouidentiam desinuit. Theophilus Anthiochen. cap. 1. ad Antioch. verbo vno asserens esse bonitatem Dei: inde enim rerum à se factarum commoda quasi indagare ea, quæ ipsis disponere voluntate sua Deus habet. Vnde Boëtius ubi proximè, aiebat, Omnia gubernari bonitate Dei. Quoniam verò utrumque, & scientiæ, & voluntatis diuinæ actum Dei prouidentia claudit recitati, ad reliqui Patres, alterutro illam quandoque exponunt, non excludentes alterum, sed, ut quid notissime ad prouidentiam pertinens, supponentes. Quo testimonio pro prima, & secunda sententia certam. 1. memoratis hæc facile satis, & quæ pro prima prouidentiam in scientia sola constitutente circumferuntur vocis, etymologiae solum intendunt: quæ verò pro secunda illam in solo voluntatis actu animi curam, solum, & beneficam anxietatem, ut sic loquar, intendunt.

4. A ratione probatur prinò conclusio argumento à paritate appositissimo: etenim Dei auctoritas in testificando, & veritate eius infallibili in cognoscendo, & iudicando de reuelandis, & testificandis, quæ est quasi passiva eius infallibilitas, & veracitate, quæ est impossibilitas actiue alios dicto suo fallendi illud cum iudicio suo non conformando, directè, & ex æquo essentialiter omnium sententia constituitur: tamen si testificandi veracitas iudicii infallibilitatem supponat: quia sine utroque testimonij auctoritas diuina non constat. At siue scientia proponente mediæ apta ad finem, & eorum electionem dirigente, etsi voluntas ea velit apponere efficaciter, de factoque ex creatura cui prospicit amore, & complacencia apponat, cæco & fortuito & vult, & apponit, nusquam verò proinde: Si autem mediæ perfectissimè percaleat, non autem ea eligat, non prouidet creaturæ; ergo, etsi electio mediorum posterior natura sit scientia mediorum: ad electionem dirigente, prouidentia utroque actu constabit: sicuti diuini auctoritas testimonij, & iudicii infallibilitate, ac indefectibili veritate atque diuina veracitate Dei dicentis directè, & ex æquo constituitur per omnes, quia absque alterutra diuini testimonij auctoritas non constat; tamen si altera alteram, quasi physicè supponat, sique ea possitior.

5. Secundò: quia in duobus sine quibus nequit totum quod res aliqua importat subsistere, rectum, & obliquum ex parte rei obiectæ non est: id est solum ex parte modi nostri concipiendi, ut sæpè in similibus monuit totum autem, quod prouidentia dicit, est preparatio mediorum, quod voluntate sit, ac non cæca & ignorans,